



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Collatio de republica ecc[les]ie et monachoru[m] ordinis
diui patris benedicti**

Trithemius, Johannes

[Mainz], [nach 1.IX. 1493]

urn:nbn:de:hbz:466:1-31498



~~Text~~

J 372.



ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Collatio de republica eccie et
monachorū ordinis diui pa-
 tris benedicti: habita colonie in caplo annali. p re. p. d.
 Johannem abbatem spanhemeū. prima die **S**ensis
Septembris. Anno dñi. **M**illesimo. quadringentesi-
 mo. nonagesimo tercio.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and mostly illegible due to fading and the texture of the paper. Some words are difficult to discern but appear to be in a historical or religious context.

Small handwritten notes or markings at the bottom left of the page, possibly a date or a reference number.

Instituenti michi

(patres in xpo reuerendi) pro obedientie merito apud vestras paternitates iuxta laudabilem consuetudinem habere sermonem: postea quod diu multumque tacuis mecum deliberaui. quam essem allaturus materiam. que ad pietatem ordinis animos vestros efficacius prouocaret. a nonnullis venerabilibus vestri senatus viris fuit tandem persuasum: quatenus de nostra republica altissimi dono porarem: pro cuius amore. defensione. et ornatu. de remotis terrarum locis in hanc concionem conuenistis. Sanctum et salubre est (fateor) de republica vestra (o patres) et sancta et religiosa. loqui: sed docto. sed erudito. sed sancto viro. et ad persuadendum idoneo: qualem me nescio: quippe qui sum ingenio pauper. merito nudus. sermone incultus. Quemadmodum ergo loqui de prestantissima r. p. ausum presumere: qui ad inueniendum tardus. ad loquendum impolitus. ad persuadendum sum frigidus? Alius igitur patres. alius vobis orator fuerat inquirendus: cui ad loquendum vires ministraret ingenium: ad docendum eruditio intellectum: ad persuadendum conueniret non minus doctrina quam meritum. Sed quid frustra nitior: qui obedire compellor? Quamuis igitur longe vires ingenij mei onus excedat impositum: de omnipotentis tamen misericordie et obedientie suffragio confusus non tam libenter quam hilariter opus adgrediar iniunctum. Hec michi plato necessarius erit in decem. nec aristoteles in octo. neque tullius in sex de republica voluminibus: cui dominus noster ihesus christus copiosam de hac re materiam in hodierno euangelio pro nostra intentione prebuit differendi. cum diceret Homo quidam descendebat ab iherusalem in iericho: qui incidit in latrones. etc. Que parabola licet de predicone totius humani generis principaliter sit intelligenda: nichil tamen nos prohibet etiam ad nostram rempublicam (salua fide) interpretandam. Status enim rei publice ne dum nostre sed omnium religioso rum. immo totius ecclesie militantis. ab iherusalē in iericho descendit: quia a primieua sui institutione ut plurimum defectit.

Iericho em̄ luna vel defectio eius interpretatur. Ab iherusalem ergo in iericho descendit: quod quis a iusticia deficiens ad vicioꝝ scaturiginē accedit. **S**ed anteq̄ ad thesauri nri declarationē accedamus vltorius. cū in omnibus actionibus. maxime theologicis ab oratione sit inchoandū: ne frustra conemur. diuinum nobis auxiliū imploꝝandū est: sine quo nichil proficit sermo loquentis: nichil fructificat intentio auditoris. **P**ro nanciscenda igitur gratia dicendi. p̄ cōsequendo fructu audiendi: sacrosanctā dei genitricē intemeratā virginē mariam. deuota mente. sincera intentione. curuatis in terrā genibus adorando salutemus. dicentes. **A**ue maria.

Maxime optarem (reuerendi patres) p̄ gloriā omnipotentis dei. eam vim dicendi michi collatā a superis. qua ad vestrā edificationē. compunctionē. et pietatē. sumptū ex euāgelio p̄sentis diuice thema. iuxta statū rei nostre publice q̄ aptissime possem deducere. **N**am sicut homo ille ab iherusalē descendens in iericho. a latronibus impositis plagis. despoliatus. et semiuuus derelictus est: sic respublica ecclesie vniuersalis. sic oīm pene religionū et ordinū status. sic etiā v̄ra respublica (o patres. impositis vbiq̄ plagis scelerū. vulneribus criminū. p̄icturis vicioꝝ. spoliata et semidestructa tacet. **E**t ut incipiamus a r. p. generali. que respicit fideles om̄es xp̄ianos. qui p̄ fidē catholicā vnū censentur. vbi est status eius pristini decorus. vbi fides. vbi amor dei. vbi dilectio fraternitatis? **E**cce videm⁹ in r. p. xp̄ianoz. vbiq̄ abundare auariciā. libidinem. supbiā. discordiā. irā. inuidiam. ceterasq̄ animi pestes. que seua crudelitate. more latronū. statū ecclesie grauissimis plagis lacerāt. spoliant. denudant. et enecant: adeo ut semiuuus derelictus. nō sit ei species vel decor antique venustatis. **Q**uid ages o sancta mater ecclesia: quē vulnerū tuoz. medicū inuocabis? **S**acerdotē? **S**ed te visa p̄terit: anxietatem tuā spernit. dolores despiciat: vulnera cōtemnit. **L**euitā? **S**ed mali sacerdotis minister malus. honorē tuū nō diligit. curā abicit. sanitatē vulnerū odit. **S**amaritanū? **S**ed longe es a samaria: nec facile quē queris poteris inuenire. **Q**uid ergo facies? **Q**uēadmodū ad pristinā san-

301

nitatem reuerſi poteris: Non eſt qui doleat ſuper cōtritione
tua: non eſt qui vinū et oleū infundat vulneribus tuis: nō eſt
qui ſtabulario fideli curā tui cōmittat. Ecce qui crimina ſedēt
iudicare cōmittunt: et ne arguantur ſua: libenter diſſimulant
aliēna. **I**uſticia pro vili precio argenti venditur: et ſtatuti de-
ſenſione virtus eſtimatur. **S**euit inuicem diſcordantiū xpian-
noꝝ rabies: et pace rupta inter ciues iurgia concitātur. **C**on-
ſueuerūt olim reges et principes cōſtruere et dotare monaſte-
ria et eccleſias: ſed modo (paucas exceptis) cōuerſi in latro-
nes. res eccleſiaſticas violenter rapiūt: ſacerdotes dei ſpernūt:
mandata preſulū xpī cōtempnūt. **A**mor dei a cordibus hoim
receſſit. reuerentia ſacerdotū abijt: honoz ſacramentozū eccle-
ſie (prochdolor) exſpirauit: et factus eſt ſicut populus ſic ſa-
cerdos: quia dum vicia iudicaturus efficitur vicioſus: ſenten-
tia eius merito habetur cōtempnibilis. **F**actus eſt inquā ſicut
populus ſic ſacerdos: quia ſicut in plebe ita et in ſacerdotib?
auaricia regnat. libido furit. ſupbia iſanit. irā ſeuit. inmundi-
cia tam mentis q̄s corporis eos cōtempnibiles reddit. **O** ſacer-
dotes ſacerdotes. qui veſtris peccatis atq; ſclerib? eccleſiaſti-
cam rempublicā cōfunditis: qui auaricie et luxurie vacatis: q̄
cultū dei negligitis. qui elemoſinas fideliū turpiter cōſumitis:
q̄s duram eſtis ſubituri damnationis ſententiā: qui populum
quem verbo veritatis et ſancitatis exemplo erudire debuſtis
p̄ceditis ad culpā. **T**u vobis miniſtri voluptatis: q̄s proxima
eſt ſubuerſio veſtra. **N**on eſt timor dei ante oculos vꝛos: nul-
lus de legibus metus: de interno iudice pauor nullus. **C**on-
uerſatio veſtra damnabilis occaſionē laicis prebuit delinquē-
di: dum propter malā vitam. bene docere non audetis. **Q**uo-
modo auariciam arguet ſacerdos auarus: **V**entioꝝ ſi nō no-
ui ſacerdotes. ruſticoꝝ filios tantis auaricie ſacibus accen-
ſos. ut alij decem. alij viginti. nōnulli triginta beneficia eccleſia-
ſtica tam curata q̄s nō curata poſſideant: qui tamen gregem
ſibi commiſſum. nec paſcūt nec viſitant. **O** quid respondebitis
ſummo paſtori. vos mercenarij. vos ſacerdotes auari. vos

4
ouium xpi desertores iniqui: qui non solum de ouibus lanam
rapitis: sed etiam quod nefandum est gregem dominicum dissipa-
tis. **N**ulla vobis cura de ouibus est: qui lanam et lac recipi-
tis: et custodiam earum mercenariis infidelibus collocatis. **V**os
auari. vos immundi. vos elati pastores. sanguinem pauperum
comeditis: pluralitate beneficiorum vestrorum. pauperes sacerdot-
es. vobis doctrina et sanctitate meliores spoliatis. **E**cce sub-
stantiam patrimonij xpi turpiter consumitis: ecce voluptatibus
carnis die noctuque vacatis: et sacerdotibus egenis doctis et
sanctis. nec in minimo subuenitis. **I**darco desuet in vos ira
iusti iudicis ihesu xpi: qui sanguinem ouium suarum de mani-
bus vestris requirit. **N**on miror odium laicorum in clericos:
qui suis moribus nullum merentur amorem: quoniam sicut per
phetam dicit dominus. propter scelera sua facti sunt contemptibiles
in plebe sacerdotes. **M**erito patimur (o sacerdotes) merito
patimur opprobria populi: qui spernimus precepta dei. **N**it enim
sapientia patris. **Q**ui contemptum me erunt ignobiles. **E**t vnum
soli despicerentur sacerdotes mali: et non fieret etiam iniuria ve-
ris et sanctis ministerialibus xpi. **U**tinam indoctum vulgus pauco-
rum crimen non diffunderet in omnes: et quod mali in ecclesiasti-
ca republica destruunt: boni sacerdotes vtriusque instaurarent.
Nunc autem iusti apud imperitos damnantur cum impijs: et pro-
pter odium malis debitum. etiam bonis consuetus honor subtra-
hitur. **T**alis modo est tua respublica o sancta mater ecclesia:
ut in sacerdotibus tuis atque iudicibus qui corrigant improbos
desint: soli apud illos qui corrigantur occurrant. **V**e pastori-
bus qui pascunt semetipsos: qui oues domini negligunt: qui terre-
nis lucris inserviunt: qui sua non ihesu xpi inquirunt. **D**eum ma-
ter et virgo. sponsa xpi ecclesia: ad quam miseriam devenisti
Tu quondam inter procellas persecutionum dilatata creuisti:
colla superborum humiliasti: tyrannorum seuitiam calcasti: reges
et principes huius seculi tuo imperio subiugasti: nunc a filijs
tuis laceraris. contempneris. et ad nichilum pene redigeris.
Quot sanctos. quot martires. quot virgines. quot denique con-

odiu

4.
fessores olim in tribulatione tua. xpo cum gaudio transmisti:
sed nunc in pace amaritudo tua facta est amarissima. **Eras**
quondam in tribulatione pro fide xpi amaritudine plena: sed
pro filioꝝ sanctoꝝ innumera multitudine iocunda. leta. con-
stans. hilaris. et a dño consolata: nunc autē in pace tua ppter
bonoꝝ filioꝝ paucitatem. amaritudine amarissima repleta
es. **Hec** mirum. **Pastores** tui (paucis demptis) canes muti
non valentes latrare. ouium ac filioꝝ tuorum ducatu precio
emūt. sanguine innoxio acquirūt: gladio. hasta. et lancea vio-
lenter inuadunt: nō amore xpi. non honore tui: sed ppter aua-
ritiā. superbiā. elationē: et insaciabilem dominandi libidinem.
Ad prelaturas nō vocati veniūt: non electi accedūt: indigni se
fraudulenter ingerunt: et sub ecclesiastice libertatis noie. quasi
benefecerint nequiter se defendunt. **Hij** sunt lupi rapaces. qui *Maly 7.*
veniūt in vestimentis ouium. dñici gregis dissipatores et ini-
mici: qui ecclesiasticas dignitates indigne ambiūt: prelaturas
guro et sanguine emūt: per phas nephasq; principatū popu-
li acquirūt. **Hij** sunt duces cecī: custodes mali: serui peruersi:
iudices iniqui: qui rempublicā ecclesie destruūt: qui oues xpi
peruersa cōuersatione occidūt: qui laicis occasionem psequendi
ecclesiam tribuūt: qui dyabolo audaciam seuiendi in gregem
dñi cōcedunt. **Hij** sunt vulpes que demoliūtur vineā dñi. san-
ctam videlicet ecclesiā: quoniā dū speculatores positi. sup custo-
diam suā stare sollicite negligūt: aduersarijs nocendi potesta-
tem offerūt. **Hinc** sequitur in populo plaga scelerū: et interi-
tus animoꝝ. **Propter** ducem iniquū: exterminatur sepe exer-
citus. **Quales** iam sacerdotes ad deū esse conspiciamus: tales
etiam ad eos laicos videmus. **Cōtempus** dei cōtempu populi
modo satis iuste in sacerdotibus ecclesie corripit: et negligē-
tia ministroꝝ eius temporalū direptione p laicos vindicatur.
Credite michi venerandi sacerdotes. deus in vos nichil pmie-
tit sine causa: ecclesiā suam pculdubio a diripientiū incurso //
ne defenderet: nisi ad vindictā cōuersatio nostra eū puocaret.
Nobis ergo imputemus qđ patimur: nobis ascribamus qđ

A laicis bonis temporalibus spoliatur. Nam omnipotens deus
olim propter sanctitatem sacerdotum pro bonos principes tempo
ralibus rebus magnifice dotauit ecclesiam: nunc propter scelera
ministroz eius per malos iterum spoliatur eam. Quid multa
dicam? Vos quid patiat ecclesia hijs temporibus ad oculum
videtis: quonia qui conferant ei aliquid amplius desunt: soli
qui rapiant quondam ab alijs collata occurrunt. Nemo iam
ecclesias construit: cenobia nemo iam erigit: quonia ubi in
sacerdotibus cupiditas abundare conspicitur: honor et cultus
consuetus a laicis denegatur. Ad hunc finem ecclesie republi
ca deuoluta est: ut qui spoliatur eam arbitrentur se obsequium
prestare deo. **A**ut enim. **E**cce sacerdotes et monachi pecca
tores obtinuerunt diuicias: ecce cultu dei contempto. cum men
retricijs consumunt eas: nulla eis de honestate cura. de san
ctitate vite sollicitudo nulla est. Quid ergo moramur? Quid
hesitamus? **T**ur non inuadimus eorum bona temporalia: ut
tam scelerata humilietur superbia? **V**enite aduersum episco
pis et sacerdotibus domini: diripiamus decimas: redditus aufe
ramus et pensiones: spoliemus domus. pecora abigamus: nullus
sit qui manus possit effugere nostras. **S**ic dicunt sa
tellites mundi. sic faciunt: nullusque rapine genus quod sacerdo
tibus noceat obmittunt. **S**euit ubique crudelitas satellitum dy
aboli in sacerdotes domini: et quos honore ac reuerentia pro
sequi debuerant: propter delicta paucorum odio et rapina perse
quuntur. **U**bi nunc seruatur priuilegium inuicibilitatis clerico
rum: quando propter diffidaciones innumeras. nullus secu
rus. nullus quoquam egreditur tutus? **V**ere patres non est mir
randum si a domino in necessitate derelinquimur: qui malis
moribus mandatis eius reluctantur. **S**ola peccata nos con
temptibiles apud deum et homines reddiderunt. **S**tatus itaque
ecclesiastice republice ab iherusalem descendit in iericho de
fectionis: quonia a sua institutione sancta deficiens latrones
incidit: dum diabolo suggerente quasi in quandam scaturiginem vi
cioz ruit. **H**ec longe prius denunciat in euangelio dominus.

8
nopolitanū ab infidelibus captum: ciuitates destructe, ecclesie
incense, monasteria diruta, xpiani a paruulo vsq; ad seniozem
aut dura morte perempti, aut duriori crudelitate in seruitutem
venūdati. Asia pene tota xpianā fidem deseruit: africa a xpia
nisino recessit: in sola europa fides catholica (licet infirma) re
mansit. **Deu** quā angustus est status ecclesiasticus: q̄ cū maxi
mo honore quondā in omnē terrā fuerat diffusus. **Sup** hoc
lamentum assumite o pontifices, sacerdotes, prelati, ac xpiane
reipublice rectores: et dum periculū alioꝝ deplangitis: de v̄ro
timeatis. **Uereor** em̄, et vehementer timeo: ne diu dissimulata
iniquitas: grauiori tandē animaduersione veniat puniēda.
Si enim op̄s deus non peccit terre sanctificate in qua carne
vestitus humana conuersatus est: nostre quomodo parceret?
Propior est nostra desolatio q̄ credim⁹: vicinior interitus q̄
formidamus. **De** securitate insipienter psuimus: qui tot ter
ras et regna xpianoꝝ ab infidelibus capta videmus. **Sed** iā
de republica generali satis dixerim: ne hora breuior nos ppria
relinquere compellat. **Est** et alia r. p. laicoꝝ, que dicitur tempo
ralis: que et ip̄a licet in multis satis admodū videatur iā mise
ra: tamen cum ad nos nō ptineat: a nostris etiā sermonibus
hac vice fiat aliena.

Traugilio

Jam nūc tandem (patres reuerendi) post longum cōmunis
r. p. sermonem (quē a senioribus meis psuasus, ut licuit habui:
ad nostrā rempublicā, que nos magis concernit accedamus.
Res igitur publica de qua loqui instituiimus, ordo noster sa
cratissimus est: qui ruina ecclesiastice r. p. sequit: cui etiā vicina
satis similitudine cōparatur. **Nam** sicut illa n̄ris pene tempo
ribus imperiū, regna, et puīcias pdidit: ita et n̄ra recenti me
morā cenobia et multa et abundantissima in hijs regionibus
amisit. **Sed** anteq̄ psentē statum eius incipiamus describe
re: libet qualis fuerit quondā aliquantulū declarare. **Et** q̄uis
id aliquotiens in p̄teritis collationibus fecerim: nō tamē reor
fore superfluum: si repetamus sepius quod bene fuerat dictū.
Nūq̄ em̄ psentem statū reipublice melius intelligimus: q̄ si
p̄teritū illi ex aduerso comparemus. **Agitur** em̄ cū nostra r. p.

quemadmodū iam diximus actum in ecclesiastica. **Quantū** a
prima institutione sua ex tempore abiit: quasi tot passibus ab
iberusalem in iericho descendit. **Fuit** aliquādo ordo nostre rei
publice. sup omnes ordines ceteros merito exaltatus: quādo
enuitruuit viros. maturos. zelosos. atz doctissimos: fide firmos.
spe robustos. gemina caritate fulgidos: mente puros. deuotio
ne preapuos: oīmq; virtutū honestate decoros: quibus nulla
cura terrenoz. nulla inerat illecebra voluptatū: sed tota mente
ad deum cōuersi. mundū cū vanitatibus suis contempserunt.
Ex hijs ppter doctrinā eximiam et inestimabilē sanctitatē ad
episcopalis dignitatis apicē pene innumerabiles. diuersis tem
poribus legūtur assumpti: qui quāto in sublimiori loco positi
fuerant: tanto virtutibus et sanctitate clarius relucebant. **Que**
autē ecclesia sacerdotē nō expeteret de ordine venerabilis bene
dicti: **Que** gens xpiano nomini deuota. doctorē nō cuperet ex
ordine monachoz: **Hec** dixerim nō ad inanem gloriā nre rei
publice p̄sentis: sed magis ad vtilem confusionem. Nam sicut
vita sanctoz imitantibus ad gloriā ponitur: ita pigris et den
sidiosis ad iudiciū recitatur. **Hinc** maxime timeo: ne dum san
ctissimū ordinis nostri pristinū statum laudauero: p̄sentem vī
tuperare (quāuis cū veritate) cogar. plus q̄ multoz patientia
ferat. **Sed** irascantur (licet) apud semetipos scioli: in furore
agātur de falsa iusticia elati: ego nostre tempestatis ordinem
veterum sanctitati nequaquā ausim comparare. **Floruit** em̄ (ut
dicere ceperam) ordo noster olim sanctissimis viris. q̄ ad pu
ritatem regule conuersantes. innumeris clarere miraculis.
In carne siquidem positi. carnis vicia superarunt: dum con
temptis voluptatibus mūdi. deum ex toto corde dilexerunt.
Erant in amore dei semp ardentis: in oratione deuoti atq;
cōtinui: in meditatione profundī: in cōtemplatiōne sublimes:
in morū sanctitate vniformes. **In** eoz conuersatione relucebat
sanctitas: in actione puritas: in sermone veritas: in cogitatio
ne mētis integritas. **Erāt** viri deuoti atq; sanctissimi: p̄ mūda
noz cōceptū spiritu paupes: p̄ parsimoniam p̄uincēs: p̄ humilē

ordinis
laus

X
2.3 +

476.

Matthias in
hortis et silis
no habet

Demost.
Starcha

Hanc sententiam
magis habet
libro de Turca
ordinis reg. 2.
folio 7.

Job.

duo ord. s.
Benedicti
gloriosi
in
14 tractatu de
luna scriptura
cap. 9. folio 20

sublecionem obedientes: et in omni virtute locupletes. **Sun**
 dati sup firmā petrā erāt in p̄speris humiles: in aduersis con-
 stantes. de quibus aptissime intelligitur illud apli pauli. **Cir**
 cauerūt in melotis. in pellibus caprinis. egentes. angustiati. af-
 flicti: quibus dignus nō erat mūdus. **In** solitudinibus erran-
 tes. in montibus. et spelūcis. et in cauernis terre. **Integritas** vi-
 te monachoz tūc exaltari meruit: quādo verbo et exemplo. ab
 iniquitate multos ad iusticiā cōuertit. **Talib** autē monachis
 iam indignus est mūdus: qui a thore dei spernit. veritatē ab-
 cit: sciētiā scripturarū cōtemnit. **Floruit** doctrina et sanctita-
 te cū nra republica etiā ecclesia: dū ad regimen aīaz nō rece-
 pit nisi doctos: nō admisit nisi deuotos. **Ad** regimen qui pe-
 dūci gregis deuotio non sufficit: si sciētia scripturarū deit.
Jam autē monachi et abbates nri. nec deuoti sunt nec erudi-
 ti: Idcirco ad gubernationē ecclesiaz censentur indigni. **Quid**
 si dixerim rempublicā ecclesie. doctis et sanctis rectoribus hac
 tempestate indignā: **Puto** em̄ q̄ nemo sit q̄ iure ob id michi
 succenseat. **Dicit** em̄ de sūmo rectore deo scriptura. **Qui** regna-
 re facit ipocritam. p̄pter peccata populi. **Rari** sunt ecclesiaz pla-
 ti nris temporibus docti simul et deuoti. **Quare**: **Quia** non a
 spiritu sancto. sed ab hoibus eligūtur. **Et** ita est. **Sed** de hoc
 satis: ad nra que restant pgamus. **Sepe** me (patres reueren-
 di) olim dixisse memini. q̄ ordinē nostrū duo principaliter glo-
 riosum reddiderūt. doctrina videlicet scripturarū. et sanctitas
 cōuersationis. **De** sanctitate breuiter fecimus mentionē: restat
 nūc ut de erudicōne scripturarū pauca dicamus. **Et** ut ab ex-
 ordio nre reipublice inchoem. a principio ordinis nri vsq̄ ad
 rēpora heinrici regis quarti (sicut ex cathalogo veterū reperi)
 multi doctissimi viri in eo claruerūt. **Nam** adhuc sancto bene-
 dicto in carne viuente. multi nobilissimi atq̄ eruditissimi iuue-
 nes eius regule colla submiserūt: qui nō solū in scripturis di-
 uinis. sed etiā in secularibus lris peritissimi habebātur. **Equi**
 bus marcus poeta insignis. monachus sub sancto p̄re factus.
 tantū p̄fecit in disciplina regulari. ut pre multis familiarissim⁹
 apud eū habitus. vitā illius iā mortui claro et eleganti metro



descripserit. Sic clarissimus ille senator cassiodorus. vir vnde
cūq; doctissimus. senatoria dignitate cōtemptra pro dei amore
in vno cenobioꝝ sancti patris monachus. et tandē abbas fan-
ctus est. Sed qd faciā? Deficiet me dies si omnes qui adhuc
legislatoꝝ nostro viuente. ordinē eius mirabili doctrina ⁊ sano
citute illustrarūt. pprijs voluero recensere nominibus. Succe-
dente vero tempore. monachis summū erat studiū scripturaz;
et in omni scientia etiam seculari. amor inestimabilis discendi.
Nam qui docti ad cōuersionem venerāt: iunioribus fratribus
pcepta studendi mīstrabant. Unde factū est ut in omni scriptu-
ra doctissimi fierent: quia moribus et conuersatione puri atq;
deuoti p̄sistebāt. Studiū c̄m seculariū l̄faz monacho carnali
et nondū mortificato. periculosum et mortiferum est. **O**portet
ergo monachū volentē scripturas vtiliter discere: ab humilita-
te et emendatione vite inchoare. Sic faciebāt monachi nostri
antiquitus; qui studiū l̄ris: culturā indefessam adhibebāt viri-
tutibus. Talis fuit beda p̄sbyter ⁊ monachus in anglia: talis
alcuinus discipulus eius leuira: tales bonifacius martir et ra-
banus magistru archiep̄i: tales monachi veraciter docti vni-
uersi. **Q**uid referam de ceteris ecclesie catholice colūnis? **B**re-
gorius papa magn⁹. leānder hispalens. gregorius thuronens. 5. 7.
iohānes gerundens. cesarius arelatens. hinc marus remens. 8. 9. 10.
haymo halberstatens. adelmus occidentalū saxonū. ratbodus
traiectens. amalarus treuerens. ansegisus senonens. remigius
alsiodorens. ratberus leodiens. adelboldus traiectens. nota
gerus leodiens. burckardus wormaciens. gūlimūdu auersa-
nus. alphanus salernitanus. petrus damiani hostiensis. lañu
francus et anselmus cantuariens. ep̄i et archiep̄sules. qui pene
innumerabiles libros ediderūt. nō min⁹ sanctitateq; erudicō-
ne scripturaz in ordine nostro diuersis temporibus claruerūt
Taceo de abbatibus ⁊ monachis n̄ri ordinis quondā doctissi-
mus. eugipio. colūbano. eutropio. paulo longobardo. reginone
prumiens. pascasio corbeiens. sinaragdo. hermano cōtracto. rudo
perto lymphurgens. wilhelmo burfaugiens. rupertio tuiciens. ab-
banus. q omnes docti atq; sanctissimi post multoz editionē

b j

libroz etiā miraculis in vita claruerūt. Longū est si velim eorū
rum vel sola noīa transcurrere: qui in ordine nostro et doctrina
na et sanctitate mirabiles effulserunt. **D**agna feruebat in eis
deuotio: regularis discipline inestimabilis zelus: qui nunquā
sinebat esse ociosos. **S**emp in eoz studijs amor vigeat diuī
nus: qui de lectione sancta cōceptus ad orationē vocabat vi
gilantes. **N**am qui se in diuinis scripturis amplius exercitate
rant. vacantibus a dei seruiio hōis earundē expositionibus
intendebāt: conficiebāt libros. variosq; tractatus: quibus fra
trum suoz studia. ad amorem dei puocabant. **C**eteri fratres
non vacabant ocio: sed operi manuū iuxta regulā post oracō
nes deuote insistebant. **S**cribebāt idonei libros pro biblio
thece ornatu: et ex scedis ab alijs edita ad mundū compozta
bant. **A**lij scriptos codices artificiose ligabāt: cōrrigebāt alijs:
alij rubro minio distinguebāt. **S**estiebant omnes sancti laboris
esse participes. **J**uniores autē fratres scolasticis instituebā
tur disciplinis: alij in grāmatica. alij in rethorica. alij in philo
sophia. alij in arithmetica. alij in dialetica. atq; in alijs discipli
nis alij. vnusquisq; secundū vim nature sue et ingenij. **F**undati
autem iam in primitiuis scientijs: ad scripturas theozicas vo
cabantur. **N**ullus in monasterijs dabatur ocio locus: singulis
suis laboribus et studijs cū maximo seruore insistētibz.
Dittebant que cūdisent opuscula imperatoribus. regibus.
principibus. et ecclēsiarū cathedraliū prelatīs: quozum fauore
et auctoritate securius ad nostrā edificationē in lucem prodie
runt. **S**ic alcuinus karolo magno. sic rabanus lodo uico. sic
berno augienf ariboni maguntino. et piligrino huius sancte
coloniensē ecclēsie archiepiscopis. innumera opuscula dedica
runt. **S**ed et rupertus tuiciensis venerabilis abbas ad friden
ricū huius ciuitatis coloniensis archipresulem incredibili stu
dio scripturarū feruentē. excellentissima volumina composuit.
Transeo reliquos. quoz infinitus pene est numerus: qui p̄cla
ra ad principes opuscula ediderūt. **S**ed vbi est nūc tale stu
diū monachoz? **U**bi amor ad diuinās scripturas abbatū?
Prochpudor. **J**am magnus et vtilis in ordine dicitur: nō quē

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

131
scientiā scripturarū colit et diligit: sed qui colligendis peritu-
ris diuicijs sordescit. **O** patres o fratres. nō sic quondam res
nra publica floruit: nō sic ordo noster antiquitus creuit. **Sed** *abruptum*
respondere solent abbates mundo dediti: excusant se a studio *otturra.*
monachi vanitatis amici. Hos in simplicitate nra manere li-
benter volumus: qui etiā doctos per abrupta vicioꝝ in per-
ditionē ire videmus. Non requiretur a nobis in extremo iudi-
cio profunda scientia: sed bona vita. **O** stulti et insipientes. qui
ignauiam vestrā nō absconditis: sed ad maiorem cōfusionem
vestrā. inimicos diuinarū scripturarū vos palam ostenditis.
Bene dicitur in prouerbio: quoniā scientia nō habet inimicū
nisi ignorantem. **Vos** amatores mūdi. vos sectatores vanita-
tis: qui studiū scripturarū a vobis insipienter abiicitis: cur il-
lud in alijs nō amatis? **An** ignoratis quoniā omnis scriptura *vsus scripturaz*
diuinitus inspirata vtilis est. ad docendū. ad arguendum. ad
increpandū? **Quid** monachos vestros docebitis: qui scriptu-
ras ignoratis? **Quomō** delinquentes poteritis vtiliter argue-
re: q̄ testimonia scripturarū nescitis adhibere? **Manete** ergo
in simplicitate vra nō recta: manete in hūilitate asinina: nolite
intelligere ut bene agatis: nolite regulā sancti bñdicti attēdere
nolite a stulticia vra recedere. **Scitis** etiā qd legislator n̄ dicat
in regula? **Scio** q̄ scitis. **O** portet inq̄t abbatē doctū esse lege
diuina: ut sciat et sit vnde pferat sermonē. **Canis** mutus: pla-
tus indoctus. **Vas** vacuū: anima nō diligens scripturas det.
O vos abbates ideote et scientie salutaris inimici. qui diē ob-
scenis rumoribus cōsumitis: qui vinum in saturitate bibitis.
qui terrenis lucris intenditis. qui ad tabulam stolidi luditis:
qd respondebitis omnipotenti deo. et legislatori v̄ro benedicto.
cū curā ouīū suarū a vobis requirēt? **Vos** em̄ estis q̄ in defor-
mitate vite prioris iacentes rē nostrā publicā cōfunditis: disci-
plinā spernitis. ordinē dissipatis. **O** religio scā. o m̄r venerāda.
o monachoz respública quōdā honorata: ad quātā miserā de-
uenisti. **Vbi** est nūc ornatuſ pristini decoris tui: vbi sanctitas
vite. vbi salutare studiū scripturarū? **Vbi** abbates docti et facti
vbi mōachi in obſuātia reglari deuoti? **Ecce** plus q̄ decē milia *10000*

Quoniam b ij

cenobia sub ordine retines: e quibus vix mille ad aliqualem regule obseruantiam credimus conseruata. Abbates enim tui cõtempnita disciplina regulari. neglecta cura aiaz vanitatibus mudi sunt dediti. diuicijs terrenis intenti: voluptatibus carnis submersi. Nam sicut quidam egregius versificator adhuc supstes ait

Nostri abbates et ecclesiarum plati. Neglecto superũ cultu. spretoq; tonantis imperio. bacho indulgent. veneriq; ministrant. Sacra ferunt auro. numis altaria condunt. Auro vina libant. Auro laquearia fulgent. Scorta tegunt gemis. cambus conuiuia ponunt. Exuuijs inopum culti. ditescq; rapinis. Successu elati. superos acherontaq; rident. Nulla eis de aiaz salute cura est: amor dei nullus. nulla reuerentia sanctorum. exercitatio nulla virtutum. Utinam patres obseruatia nostra tales abbates non habeat: utinam tales rectores nostra respublica nesciat. Sed timeo (inmo si dici phas est. scio) quod inter nostros etiam tales inueniuntur: qui nomine reformati. re autem vera deformati sunt. Sunt inquam abbates de nomine reformationis glorianes. ambiciosi. vani. superbi. voluptatibus carnis dediti: qui secreti impatientes. omnem occasionem idoneam existimant: qua hincinde cum maximis expensis valeant transmigrare. Ecce ille disciplinam regularem contempnens. tota die leuibus personis conuiuia ebriosus assidet: iste in aemulatione sanctorum parumpendens. se causis litigantium immiscet: ad tabulam ludens ille residet: iste stolidus ad tympanum saltat.

Quid dicam de structuris et curiosis et superfluis: que non minus reprehensionem quam expensis obnoxie sunt? Picturis vanis ornantur parietes. monumentis stulticie fenestre notantur: in altum eriguntur muri: auro fulgent pinnacula tecti. De ceteris pestibus quorundam abbatum. libidine. estu carnium. balneorum abusu. ludis. venationibusque loqui me verecundia non sinit. Utinam abscondantur. qui suis pessimis moribus obseruantiam nostram confundunt. Ecce patres reuerendi. quis sit rei nostre publice status breuiter audiuimus: restat nunc ut de remedio eius cogitemus. Ab iherusalem enim descendens in iericho a pristina pulcritudine defecit: latrones incidit: quia a tempore heinrici quarti plusquam quibus milia monasteria de ordine amisit. Non loquor apocryfa: nec refero in

noto

E in carnis

transitio

5000

14
certa: sed que ex scriptis veterum inueni manifesta. Latrones
ergo qui rem nostrā publicā spoliarūt. primo sunt demones. q̄
monachoz aīas vulneribus vicioz inierficiūt: secūdo hoīes
auari. q̄ cenobia ordinis nr̄i sibi diripiūt. **A**uda ergo et lacera
lacet nr̄a respublica: dū intus a suis. foris ab extraneis cerni
tur spoliata. **S**acerdos et leuita. visa desolatione eius p̄teritū:
quoniā nr̄is despectis. om̄es que sua sunt querūt. **S**amaritan
nus autē noster dñs ihesus xp̄us. videns desolationē ordinis
nostri. misericordia motus sepe alligauit vulnera eius: dū diu
uersis tēporibus. ad obseruantā regularē eū renouauit. **A**lter
ra die p̄ferens duos denarios. dilectionē dei videlicet ⁊ p̄mi
vel certe incrementū spūaliū ⁊ tēporaliū bonoz. aut intellectū et
actionem dedit stabulario fidei. dicens. **C**urā illius habe ⁊c.
Stabularius fidelis fuit karolus magnus imperator. qui or
dinē nostrū collapsū in alemania primus reformauit. **S**ta
bularius fuit bēno cluniacens̄ abbas sub cuius reformatione
mille quīgenta cenobia fuerūt. **S**tabularij fuerūt. richardus
fuldens̄. wulhelmus burzangiens̄. et alter quidā burzfeldensis
abbates: q̄ singuli diuersis tēporibus ordinē ex pte in alema
nia reformarūt. **S**tabularij fuerūt auctores reformationis ita
liensis sancte iustine: que vsq; in hodiernū diem p̄seuerās. mul
tis a summis pontificibus est honorata priuilegijs. **S**tabula
rius sigismūdu impator cū adiutoribus suis: q̄ mellicensem
in austria reformationē inchoauit. **S**tabularij etiā fideles. q̄
castellensi reformationi exordia prestiterunt. **S**tabularij fidei
lissimi postremo fuerūt iohānes rode sancti marie treueren
sis. et iohānes hagen burzfeldensis. clarissimi abbates: q̄ nr̄e
reformationis burzfeldensis. fundamenta posuerūt. **S**tabula
rij fuerūt ceteri pontifices. principes. et abbates multi: quozū
noīa causa breuitatis obmittimus: q̄ in diuersis p̄uincijs. loc
as atq; temporibus ordinē nostrū p̄ sua facultate reformarūt
Stabularij et vos o patres reuerendi. qui pro conseruacōne
nostre reipublice singūli cōuenistis: q̄ reformationem ordinis
diui patris benedicti diligitis: qui obseruantā regularē colit
is. qui vnionem burzfeldensū amatis. **V**os inquā stabularij

14
latrones

2

3

reformatione
ord. s. Bened.

Carolus
magnus

1400

2

3

4. 5.

6

7

8.

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

estis (curate ut fideles inueniamini) quibus verus samaritanus. ordinē cōmisit egrotū: a vobis exigitur ut vulneribus eius vinum sanctarū scripturarū. et oleum deuocōnis infundatis. Nam sicut superius diximus. hīs duobus ordo noster quondam gloriosus effulsit. Si ergo rempublicā reformare. vel etiā in reformatione cōseruare cupitis: studiū lris. et sanctitati vite impendatis. Nullus vestrū dicat. qd michi necesse est studendo multa pcurare: cū ad bene viuendū pauca possint sufficere. Credite michi patres. abbati ad bene viuendū nō pauca scire sufficiat. Si em̄ pauca sufficerent: frustra sancti patres tot volumina pro morū institutione cōscripsissent. **D**oportet enim abbatem doctum esse lege diuina. **Q**uod si etiā studiū lraz. nichil aliud cōferret. ad extirpationē vicioꝝ. tamēn vtile est: beato ieronimo dicente. **A**ma scientiā scripturarū: et carnis vicia non amabis. **N**ichil sic mundū cōtemnit. nichil carnē et libidinem sic domat. nichil sic amorē dei accendit: sicut ardens studium et amor scripturarū. **N**emo ergo a sancto studio se excuset: nemo p̄ceptorū defectū vocet in culpā: omnia vincit amor: caritas omnia potest: humilitas omnia suffert. **S**i desit p̄ceptor (o frater) sanctos patres in eoz voluminibus tibi legito p̄cipientes. **N**ec volo ad scholas monachū quemq̄ discurrere: quoniā in cenobio que scire iubetur optime poterit p̄discere. **P**rouerbio nāq̄ dicitur. **N**on requirit amor verus discendi athenas: quia domi sufficiens minerva diligentibus consistit. **S**ed caueamus ne nobis magistri fiamus erroris. **S**tudium quippe solitariū nisi amore xpi ardeat: frequenter parit errorē. **A**dhibeamus ergo compūctionis oleū: et vtilis erit eruditio scripturarū. **I**ntueamur rem nostrā publicā patres: et quantū nobis possibile est pro illius instauracōne laboremus. **U**nusq̄sq̄ nostrū semetipm̄ secūndū regulā sancti benedicti reformare studeat: vicia fugiat. voluptates spernat. diuicias nō diligit. mūdum cōtemnat. **S**imus abbates fratrū nostrorū scdm̄ regulā: pastores sollicitudine: patres caritate. **P**ascamus verbo: pascamus exemplo: pascamus alimento. **S**i q̄s vnū istoz obmiserit: pastor inuulis erit. **I**dcirco vos pastores mementote: cui

obuictio
in oner
vultu.

vsus studij.


o ffriū
abbati.


17.
sitis rationem reddituri: et sic state sup custodiam vestrā solli-
cite: quatenus pro cōmissis vobis ouibus: summo pastori seu
cure possitis respondere. Ornate vestris moribus rempublicā.
ornate scientia salutari. ornate pietate. ornate amore: ut cū in
hac breui miseria bene ministraueritis: optimū gradū in eter-
na felicitate acquiratis: quē nobis sūmus pastor ihesus xps
concedat: qui sine fine viuit et regnat. Amen.


C Habita colonie in capitulo annali per dñm
Johannem spanhemensem abbatē. prima sepa-
tembris. Anno. D. cccc. xciiij.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second block of faint, illegible text, also likely bleed-through.









Orat
da

38